



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Thomæ Comptoni Carleton, Cantabrigiensis,
Societatis Jesu, In Collegio Anglicano Leodiensi Sacrae
Theologiae Professoris, Cursus Philosophicus Uniuersus**

Carleton, Thomas Compton

Antverpiæ, M.DC.XCVII.

Prooemium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95656](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95656)

INTRODVCTIO

AD UNIVERSAM ARISTOTELIS LOGICAM.

AUCTORE

R. P. THOMA COMPTONO

E SOCIETATE IESU.

PROOEMIUM,



Tractatus iste quem, Dialectica præfigimus, in tyronum, seu I. Logicae candidatorum gratiam præmitti de more solet, tum ut Cur hoc tra. Hæret. Logica præfigatur. Vocibus primæ facie peregrinis (iis præsertim, qui absolutis recenter literarum humaniorum studiis, ad dialecticas se exercitationes recipiunt) eorum sensim aures assuescant, linguamque ut ita dicam, illius quam ingressuri sunt patriæ, ac loquendi modum addiscant, disputandique rationem ac methodum: tum ut habeant in quo veluti in leuoiri palæstrâ, sese tantisper exerceant, & faciliores quasdam velitationes, concertationesque inter se umbratiles instituunt, quò in solem educti ac pulverem expeditius in Dialectico stadio decerent: tum denique ut prægustatis quibusdam, acriori ad fontem, unde hi rivuli derivantur, perveniendi, plenoque inde ore bibendi studio ferantur.

Multum verò à veritate aberrare mihi videntur ij, qui hanc introductionem, quodam quasi Logicae compendium nuncupant, & tabulam veluti illius Geographicam, in qua omnes Dialecticæ partes summatim ac breviter suis quæque lineamentis adumbrentur: Multa namque disputantur in Logica (ut modò ab auctoribus tractatur) ut dum de prædicamentis agitur, prædicabilibus &c. de quibus nullus hic sermo: multa hic proponuntur; de quibus altum in Logica silentium. Mihi ergo dispositio potius quædam ad Logicam appellari posse videtur; qua nimirum Auditorum animi præparantur a subtiliora illa ac sublimiora quæ in Dialectica traduntur, & haurienda libentius & facilius penetranda: Meritò hoc nomine vocata Introductio.

DISPUTATIO PRIMA.

De Terminis.

SECTIO PRIMA.

De subiecto, Prædicato, & copula.

I. Compositum Logicum imitatur compositum Physicum.



MT compositum Physicum materiâ formâ, & unione, ita Logicum tribus constat. Subiecto, Prædicato, & Copulâ, seu unione; adeo verum est, Ars Naturam imitatur. subiectum à subjiciendo nomen desumit, quod scilicet alteri subiaceat quodammodo, ac supponantur; quâ etiam de causâ substratum dici solet, munusque subit materiæ, cui prædicatum mentaliter accedit, dum de eo per intellectum affirmatur, sicque ut forma materiâ physicè, ita hoc subiectum intentionaliter afficit, & informat. Tan-

R. P. Th. Comptoni Philosophia.

dem ut Unio extrema illa physica, ita copula (quæ semper est verbum *sum, es, fui*) subiectum & prædicatum inter se connectit, & copulat. Exempli gratia in hac propositione affirmativa; *Ignis est calidus*. *Ignis* est subiectum, *calidus*, prædicatum, *est* nexus inter utrumque intercedens, eaque inter se uniens.

Advertendum verò, in propositione parum interesse quo loco voces collocentur: Nec enim situs verborum spectandus est sed sensus: quocumque enim loco verbum est statuatur, in principio, medio, vel fine, ut *Aqua est frigida*, est frigida aqua; aqua frigida est, eadem est propositio & est unionis munere fungitur, significatio enim ut dixi spectanda est, non verborum collocatio.

Ad ulteriorem horum intelligentiam notandum, prædicari unum de altero perinde esse ac unum de altero

I. Cur hoc tra. Hæret. Logica præfigatur.

II. Non verè vocatur compendium Dialecticæ, seu summatim.

II. In propositione non spectatur situs verborum, sed sensus.

III. Quid sit unum de altero